

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor, Ad Exequias funebres quas modestissimo adolescentulo, Joanni Deutschen/ Moestißima mater hodie hora media prima in templo Jacobaeo paratas cupit Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777440938>


Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,  
in  
J. Deutsch.

Rost. 1629.

41







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

Ad  
*Exequias funebres quas modestissimo ado-  
lescentulo,*

JOANNI  
*Deutschen/*

*Mæstissima mater hodie hora media prima in  
templo Jacobæo paratas cupit*

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos officiosè & amanter invitet



ROSTOCHI  
Exscripsit typis JOACHIMUS PEDANUS Acad. Typ

Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> CXXIX.



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANNES  
BACMEISTERUS,

Philosoph. & Medic. Doct ac  
Professor.



Extulimus proximè præteri-  
tâ septimana non tantum  
matronam quandam hone-  
stissimam: sed & renellum  
puerulum in ipso vita limi-  
ne extinctum. Hodiè ite-  
rum efferemus optimæ spei  
& elegantis ingenij adolescentulum JOAN-  
NEM DEUTSCHIIUM, quem pestilens  
contagium, quamvis per Dei gratiam nunc in-  
dies mitescens, abstulit, & funere merfit acer-  
bo,

bo, non sine vehementi tristissimæ matris  
viduæ luctu & mœrore. Illa verò subita,  
ipſius ex hac vita emigratio, velut exemplo  
confirmat veritatem dicti Jobi cap. 14. Homo  
natus ex muliere brevi vivens tempore, reple-  
tur multis miserijs, qui quasi flos egreditur &  
conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam  
in statu eodem permanet. Huic suffragatur  
Mosis testimonium Psal. 90. Facis diffuere  
eos sicut nimbum, & sunt somnus, sicut gra-  
men quod subito exarescit, quod manè floret  
& mutatur vesperi, succiditur & arescit. Si-  
cut enim nimbus seu tempestas subita, horren-  
dum incutit terrorem: & tamen citò dissipa-  
tur: ira tota vita omnium hominum etiam po-  
tentissimorum & bellatorum, quam citissimè  
diffluit, & redit in nihilum, quod fuit ante.  
Nihil, Ut etiam somno nihil est fugacius, &  
imagines in somniis oblata, brevissimo appa-  
rent momento, & statim aliæ succedunt: ita  
homines aliquandiu apparent in terra, & qui-  
dam unum atq; alterum diem tantum, vel men-  
sem vivunt, quidam aliquot annos vivendo  
attingunt, & tamen omnes moriuntur, ac co-  
lonis veteribus emigrantibus, novi subindè  
succedunt hospites. Præterea vita hominis est  
sicut



sicut gramen subito virescens & sicut flosculus  
 statim decidens & flaccescens, quemadmodum  
 hic adolescentulus qui in ipso ætatis flore cum  
 annum 13. non multum superasset, decidit & ex-  
 tinctus est. Hæc fugacitas vitæ nostræ no-  
 vem imaginibus eleganter describitur & illu-  
 stratur in lib. Sapiens. cap. 5. ubi dicitur O-  
 mnium hominum vita etiam opulentissimo-  
 rum & potentissimorum evanuit sicut umbra  
 caduca & fragilis (sed Pindarus adhuc signifi-  
 cantius omnia humana extenuans, nominat  
 hominem umbræ somnium, quo nihil magis  
 fluxum & inane cogitari potest) prætervolat,  
 sicut clamor subito transiens, sicut navis in flu-  
 ctibus maris nullum post se vestigium relin-  
 quit, sicut avis quæ transvolat in aere, sicut  
 sagitta nullum locum sui transitus in aere o-  
 stendit, sicut pulvis à vento dissipatur, sicut  
 pruina calore solis consumitur, sicut fumus à  
 vento dispergitur, sicut obliviscimur hospi-  
 tum, qui uno die saltem apud nos divertunt;  
 quæ omnia Nazianzenus eruditè admodum uno  
 hoc disticho est complexus;

Χρῆς, οὐλὰ, φάρμα, δέσος, πνοή, ἠέρος ἀλπίς, ὄνειδος  
 ὀιδυρὰ, πόθος, ναὸς ἰγνιον, ἀνεξ, νόμις.


Non absimile fugacitatis & fragilitatis vitæ  
 hu-

humanae exemplum hoc die denuo nobis ob-  
oculos ponitur, in pio, honesto, & bonae litte-  
raturae studioso a dolescentulo J O A N N E  
**Deutsch**/ ab honestis & primariae notae paren-  
tibus in hac urbe Anno 1617. die 7. Julij progna-  
to; Patre Dn. D A V I D E **Deutsch**/ Budissino-  
Lufato, Protonotario per integros 14. annos  
hujus Reipubl. literatissimo, fidelissimo, & la-  
boriosissimo; matre ANNA SCHILLIN-  
GIA, matrona pientissima. Avum paternum  
habuit virum honestum Z A C H A R I A M  
**Deutsch**/ aviam CATHARINAM **Hänzelst**  
Avum maternum GEORGIUM SCHILLIN-  
GIUM, Mindâ Westphalum, Pastorem Eccle-  
siae Dalenburgerensis in Ducatu Lunaburgensi,  
viri amplissimi & Consultissimi Dn. HER-  
MANNI SCHILLINGII, Consulis hujus  
Reipubl. antè paucos annos piè defuncti, meri-  
tissimi fratrem; aviam vero CATHARINAM  
**Kindelbrüggen** / Clarissimi, doctissimi & pro-  
pter varia eaque utilissima scripta celeberrimi  
viri Dn. GEORGII ROLLENHAGEN,  
Rectoris Scholae Magdeburgerensis, de multorum  
studijs optimè meriti, sororem. A parentibus  
verò suis Joannes noster piè defunctus in vero  
Dei timore, modestia & morum elegantia non

tantum diligenter est educatus, sed & Schola-  
stica & privata institutioni fidelium præce-  
ptorum commendatus. Patre verò ipsius præ-  
matura morte abrepto, summus ille orphano-  
rum provisor de alio ei prospexit, qui patris  
loco ipsi esset; Viro spectatissimo Dn. FRIDE-  
RICO **Burlagen**/aromatario & cive hujus ur-  
bis primario, qui ab obitu parentis, ex singulari  
erga conjugem suam dilectissimam CATHA-  
RINAM defuncti sororem, ipsum non  
tantum domi suæ aluit, & liberalissimè edū-  
cavit, sed insuper etiam in Testamento suo in  
filium adoptavit, illiq; ex bonis suis relictis,  
sumptus ad studia necessarios suppeditari man-  
davit. Illo verò etiam è vivis sublato, in  
ipsius locum alium summus Jehovah surroga-  
vit, virum præstantissimum & litteratissimum  
Dn. HENRICUM SIBRANDUM J. Candidatum,  
Dn. JOANNIS SIBRANDI J. U. Doctoris eximij & antecessoris hujus Acade-  
miæ nostræ celeberrimi & præclare meriti fi-  
lium, qui antecessoris sui vestigiis insistens, in  
humanioribus illum accuratè informari cura-  
vit; nec fefellisset ipsum spes de hoc adolescen-  
tulo concepta, si Deus longiorem vitam ipsi  
concessisset. Pietatem enim singularem, dili-  
gen-

gentiam & uodeftiam, fratrum fuorum & in-  
primis viri Reverendi & doctiffimi Dn. M.  
ZACHARIÆ, Paftoris in æde S. Spiritus apud  
nos designati, veftigia ptemens, præceptoribus  
fuis mirificè probavit. In morbum incidit  
graiffimum 10. hujus menfis die, quo fupra mo-  
dum ingravescente, medicorum folertiam &  
matris cariffimæ curam fideliffimam fuperante  
27. ejufdem circa octavam vefpentinam, piè &  
placidè in Chrifto redemptore fuo, fine inter-  
miffione ab ipfo invocato, obdormioit, & ex  
hoc turbulento mundi pelago in æternum  
tranquillitatis portum, & in confortium fan-  
ctorum angelorum eft translatus, & jam folo  
fubtractus, pòlo vivit, periculorum fecurus,  
miferiarum expers, nulli cujufquam deprava-  
tioni obnoxius, & extra omnia mala pofitus.  
Non igitur manum dolori dabunt, triffiffima  
mater, fratres affinis & foror, fed in immuta-  
bili voluntatis divina, qua vel mala vel injufta  
efie nequit, decreto, humanæq; conditionis,  
qua hunc tandem finem fpectat, feria penfita-  
tione toti acquiefcent, ac fpe refurrectionis de-  
fiderium doloremque fuum folabunt; nec  
committent, ut, quod alioquin temporis lon-  
ginitas, allatura eft mæftis levamen, non  
vel

vel ratione vel è sacra scripturâ *μεσοθυρία* mature deprompsisse videantur. Multum etiam solatij & honoris sibi tributum existimabunt, si exequiis, quæ hodiè media prima in templo Jacobæo parabuntur, quotquot Academia nostræ cives sunt, frequentes interfuerint: id quod ut omnes sua spontè libenter facturos speramus; ita eos ut id haud gravatim præstent, & se suamq; salutem Deo opt. max. pijs precibus commendent officiosè & amantèter rogamus. P.P. sub sigillo Rectoratus ipso die Michaelis Archangeli Anno cl. Io. CX XIX.






GK







gentiam & uoolestiam, fratu  
 primis viri Reverendi & doc  
 ZACHARIÆ, Pastoris in æde  
 nos designati, vestigia ptemens  
 suis mirificè probavit. In m  
 graffimum 10. hujus mensis die  
 dum ingravescente, medicor  
 matris carissimæ curam fidelis  
 27. ejusdem circa octavam ves  
 placidè in Christo redemptore  
 missione ab ipso invocato, ob  
 hoc turbulento mundi pelag  
 tranquillitatis portum, & in  
 ctorum angelorum est transla  
 subtractus, polo vivit, peric  
 miseriarum expers, nulli cuju  
 tioni obnoxius, & extra om  
 Non igitur manum dolori da  
 mater, fratres affinis & soror  
 bili voluntatis divina, qua ve  
 esie nequit, decreto, human  
 quæ hunc tandem finem spec  
 tione toti acquiescent, ac spe  
 siderium doloremque suum  
 committent, ut, quod alioqu  
 ginitas, allatura est mæstis



& in  
 n. M.  
 s apud  
 oribus  
 cidit  
 a mo-  
 iam &  
 erante  
 piè &  
 inter-  
 , & ex  
 rnum  
 m fan-  
 m solo  
 curus,  
 prava-  
 ofitus.  
 tissima  
 muta-  
 injusta  
 tionis,  
 enfitia-  
 nis de-  
 ; nec  
 is lon-  
 non,  
 vel